



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Mambrinus Rosseus n. 40

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

*Phœnix, hec inter alia scribit: Mira ergo Dei largitas lucem & sapientiam communicantis huic Doctori ostenditur modo, dilectio excedens erga sacram Societatis IESV Religionem elucet, cum tot tantisque filios sapientia, & literis praeditos ei præstiterit, & inter illos hunc Thomam Sanchez Gigantem exhibere fuit dignatus. O maximè dilecta Deo Religio, intende, prosperè procede, & regna.*

*Eft Religio  
maxime di-  
lecta Deo.*

*Pl. 44.5.*

*Ecclesia  
lumen;  
Acies, cuim  
nomen In-  
feri hor-  
rent, &c.*

36. \* A BARTHOL. XIMENEZ, qui in Prouerbiorum suorum Moralium Dedicatoria ad Collegium Imperiale Societatis Matritense, Societatem Ecclesiae lumen appellat, nec non & Acadiem, cuius Nomen inferi horrent, tellus adorat, ac caeli reuerentur.

*Socij ani-  
mos habent  
multis  
Indijs con-  
uertendis  
pares.*

37. A DIDACO GOVEA Doctore Lusitano. Cognitum est Parisijs habuerat Ignatium ac socios, eorumque virtutem ac destinata vehementius probauerat, anxioque Regi Ioanni III. De Orientis conuersione, ac de subactarum illarum gentium salute cogitanti, unde in eam rem operas expediret, Societatem indicauit, afferens, Nonum illud hominum genus altum quidem spirare, animosque afferre multis Indijs pares futuros. Ita apud P. Rhoin sua varia Historia lib. 5. cap. 8 n. 8.

*Ad Soci-  
tatis com-  
mendationē  
integer  
liber ne-  
cessarius.  
Pulchra  
Eius de-  
scriptio.*

*In omnes  
Orbis par-  
tes magno  
fructu per-  
uaserunt  
filij.*

*Sunt viri  
Apostolici,  
zelo Dei  
inflamati.*

38. A IOAN. MARIA NOVARIO In sua lucerna Regularium fol. mihi 134.n. 1 loquens de Societate ait; Cuius Religionis encomia, si recitari vellent, non simplex pagella, sed integer liber esset necessarius &c. Et n. 13. subdit: In his præcipue sita est Societas, legendō, concionando, disputando, proximum iuuando, tum inter fideles, tum inter infideles ætatem absunt. Pulchra sane Societatis descriptio.

39. A IVLIO ROSCIO, Societatis (inquit) fructus tantus extitit in Religionem Christianam, ut pene nulla sit Orbis terrarum pars, ad quam non Ignatij nomen, vel alumnum eius vox viua peruerterit. Sic ille in vita doctissimi Nauarri.

A MAMBRINO ROSEO, Socios vocante, viros doctos, inflammatos zelo Dei, atque immensa charitate, & viros Apostolicos. Ita ille Par. 3. Hist. lib. 3. ann. 1540.

41. A